

ENCOMION

S. Georgen  
Berg bey  
Reutlingen.

Reutlinga ciui-  
tas Imperialis.

Vnd nomen  
Reutlingen sit  
exortum.

Fridericus Secū-  
dus Dux Sueviae  
oppida Reutlin-  
gen, & Eslingen  
muro circunda-  
re iussit Anno  
1240. vid. Nauc.  
Reutlinger  
Freiheit.

Aula Cœnobii  
Regio fontani  
in Reutlingen  
1 3 6 2.

*Cui fuit impositum veteri de more Sacellum,  
Et Diuo sacrum (ceusama) fuisse Georgo.  
Fertur adhuc: nomen retinet mons iste Georgi,  
Instar glandis habens formam sub nube rotundam,  
Vinea quem circum nunc consita multa superbit,  
Pomiferi ac horti pingues & frugibus agri.  
Non procul hinc Reutlinga iacet pulcherrima campo  
In plano cernenda, situ quadrata rotundo.  
Mœnibus & latis circum firmissima portis  
Quæ magnos scloppeta fouent edentia bombos.  
Plurima: ferratas cataraetas turribus altis.  
Quotidie foribus portæ reserantur apertis  
Quinq; quibus possunt homines exire vagantes.  
Hic licet innumeros in aquis colludere pisces  
Cernere, pensilibus sub pontibus undiq; cinctos.  
Nam fossæ totam circundant fluctibus urbem,  
Quæ fuit exiguus prisorum tempore pagus,  
Nomen ab extirpando tenet, dumeta viasq;  
Eruerent cum spinosas radicitus omnes,  
Et planos facerent vicos, & strata viarum:  
Hinc Reutlinga suum contraxit origine nomen,  
Quam Diuus Casar Fridericus in orbe secundus  
Sueuorum Ductor muro circundare iussit.  
Reddidit Imperio subiectam mœnibus urbem.  
Huic tribuens leges, & privilegia multa,  
Huc quoq; fortuitis homicidis sanxit asylon  
Quo fugereut, tanquam sacram pietatis ad aram.  
Sic Reutlingensis sumsit Respublica vires,  
Et sua paulatim firmavit mœnia saxis:  
Et lignis sua tecta struens, & Tempa scholasq;  
Et sacra cœnobijs extructa cubilia castis.  
Hic Kongsbrunnæ suum construxit culmine tectum*

Cui